

## CLANGOR

rumpi neque generari in seipso, quia non est  
ibi sufficiens natura, quare oportet esse plura. Itē  
illa natura est vna subtilis substantia, in quam  
qualitates elementorum intrant, Ideo illae qualita-  
tes elementorum de illo magis ad se trahunt in  
quo plus abundant, Et sic qualitates sunt sicut  
materia elementorum, in quas ipsa ponunt suas  
formas, & in eis sunt retentæ, sicut eius natura de-  
monstrat in omni generatione, & in subtili substā-  
tia condensantur in omni generatione, et in subtili  
substantia condensant se qualitates elementorum,  
Et si ista natura non fuisset de subtili substantia es-  
sentiali elementorum, tunc illa impura essentialitas  
elementorum non potuisset esse & dominari in  
substantia. Et etiam si quodlibet elementum seors-  
um secundum suam naturam esset minerale, tunc  
illa substantia nō posset eam penetrare, nec ingres-  
sum habere, neque colorare. Ergo propter istam  
proprietaem illud conuenit, quod ignis prædomi-  
netur in substantia prædicta elementorum, secun-  
dum suam maneriem. Hæc Raymundus.

*Vnde color*

*Quattuor  
Humores.  
Cōplexiões  
quattuor.*

Item corpora sub concavitate orbis lunæ a crea-  
tore condita participant quattuor elementis,  
quattuor humoribus naturalibus, scilicet: Colera,  
Sanguis, Phlegma, & Melancolia. Quattuor com-  
plexionibus: Caliditas, Frigiditas, Humiditas, &  
siccitas.

Qua